

irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, sed quod possumus in foro conscientie, uti hoc modo, cum in foro conscientiae sint nostra priuilegia contraria Concilio Tridentino iam a Pio Quinto reualidata. Sed noster Fr Emmanuel [vbi supra] putat hoc priuilegium non derogari per Concilium: cum tantum loquatur de Episcopis, quibus non committit dispensationem irregularitatis homicidij voluntarij. Nos autem hic loquimur de Prelatis regularibus, qui erga suos subditos maiorem habent auctoritatem, quam Episcopi.

F Deinde nota, quod in Compendio Societatis ver. Dispensatio. §. 1. & in Compendio Claudij Praepositi Generalis, ver. Praelatus. §. 3. dicitur. Praepositum Generalem per se vel per alios confessores Societatis [quibus praepositi Generales duxerint committendum] posse cum sibi subditis dispense super irregularitate, si quando incurterint eo quod ex communicati, aut suspensi, aut interdicti, aut in loco interdicto diuina officia celebrauerint: aut Ordines susceperint, nisi excessus dispensandorum sit adeo grauis, ut ad Sedem Apostolicam remittendus. Circa quam

CON